Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35162
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



a herbis et rebus viridis-
sima plena
Virgultum appellatur quod de
radice arboris nascitur
et quando inutile ab agricolis
amputatur secundum hugonem vir-
gultum dicitur a virga. s. multitudo
virgarum vel locus ubi multe
virge habundant vel ipsa
virga.
Virginal. lis. n. g. dicitur
secretus locus uteri ubi fit
conceptio
Virus. n. generis et indeclinabile
dicitur venenum.
Virulentus. ta. tum. id est
venenatus venenosus.
Viscus. ci. et hoc viscum. ci.
dicitur glutio quo aves capiuntur
et id quod est inter cutem inde
viscosus. sa. sum. i. tenax
visco plenus
Viso. sis. sere. idem est quod visi-
tare cum desiderio videre
Vitta te est infula qua
caput sacerdotis ligatur et
dicitur a vinco. cis. Item vitta
est que crinibus innectitur qua

fluentes religionum capilli
Item vitta est qua corona
vincitur. Item vitta secundum ysidorum
dicitur quia ea pectus vincitur
Vita ~~fluctus est~~ fuctus est
i. mortuus est
Vitalia. lium in pluri dicuntur
intestina quia in vita id est
anima continetur
Vitellus. li. dicitur mediculum
ovi
Vitricus dicitur qui uxorem ex
alio viro filium vel filiam
habentem ducit
Vitulamen. n. generis dicitur
planta illa infructuosa que
nascitur a radice vitis vel
ubicumque dumtaxat ut sis
naturalis unde in libro Sapientie
iiii° Spuria vitulamina
non dabunt radices altas
Vivarium. rii. dicitur locus ubi
pisces pascuntur vel impinguentur.
Vivax. cis. dicitur vividus
et fortis in hac vivacitas
atis.
Vividus. da. dum. dicitur vivifica-
tus vel animatus fortis agil